AUGUSTINUS. ISIDORUS HISPALENSIS
Göttweig (?), 12. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

tina. si de primo stabam et respirabam. et ut conabar. et
paulominus ibi eram. et paulominus iam iamq; attingebat
et tenebat. Et ibi non eram. nec attingebam. nec tenebam.
hesitans morti mori. et ut uiuere. plusq; in me ualebat
deteriusi nolitum. quam meliusi nolitum. punctumq; ipsum
temporis. quo alterum futurus eram. quanto propius ammouebat.
tanto ampliorem incutiebat horrorem. si non recutiebat retro. nec auertebat sed suspendebat. Retinebant nugae
nugarum. et uanitates uanitatum. amicae; amicae meae.
et succutiebant uestem meam carnem. et submurmurabant. Dimittis ne nos. Et tam momento isto non
erimus uerum ultra in aeternum. et a momento isto. non
licebit hoc et illud ultra in aeternum. Et quae suggerebant
in eo quod dixi hoc et illud. Quae suggerebant dominus.
auertat a anima serui tui. mala tua. quas sordes sug
gerebant. quae dedecora. et audiebam eas iam longe minus
quam dimidius. non tamquam libere contradicentes eundo
inobuiam. sed uelut a dorso mustantes. et discedentem
quasi furtim uellicantes ut respiceret. Retardabant
tamen cunctantem me abripere et excutere abeis.
et transilire quo uocabar cui dicerem mihi consuetudo
uiolenta. Putasne sine isti poteris. sed iam tepidissime
hoc dicebant. aperiebatur enim a beta parte qua intendera
faciem et quo transire trepidabam casta dignitas. continen
tia serena. et non dissoluere hilaris. honeste blandiens. ut
uenire nec; dubitare. et extendens ad me suscipiendum
et amplectendum pias manus. plenas gregibus bonorum exem
plorum. Ibi tot pueri et puellae. ibi iuuenes multa. et omnis
aetas. et graues uiduae. et uirgines. anus. et in omnibus ipsa